

trigesimus sextus

Sed publicis nimirum indulgentes uoluptatibus. id ipsū cur: aut qua magis uia irrepunt uitia q̄ publi-
ca. Enimero non alio modo in priuatos usus illa uenere: ebora: aurū: gemmā: aut quid omnino diis
reliquimus: Verum esto indulserint publicis uoluptatibus: etiamne tacuerunt maximas earū atq; ad o-
duodequadragenū pedum lucullei marmoris in atrio Scauri collocari. nec clam illud occulteq; fa-
ctum est. Satisfdari sibi damni infecti egit redemptor cloacarum cum in palatio extraherentur. Nō er-
go in tam malo exēplo moribus cauere utilius fuerat: q̄ tacere tantas moles in priuatam domū trahi
præter fictilia deorum fastidia.

Quis primus peregrino marmore columnas habuerit romæ. Cap. iiii.

Quod potest uideri Scaurus rudi & huins mali improuidæ ciuitati obrepisse quodā uitæ rudi
mento. Iam enim. L. Crassum oratorem illum: qui primus peregrini marmoris columnas
habuit in eodē atrio: hymetias tamen nec plures sex aut longiores duodenū pedū: que m.
M. Bruttus in iurgiis ob id Venerē palatinā appellauerat. Nimirū ista omisere moribus uictis: frustra
q̄ interdicta quæ uetuerant: cernentes: nullas potius quā irritas esse leges maluerunt. Qui nos sequū-
tur meliores non esse pbabunt. Quis enim tantarum hodie columnarū atrium habet. Sed prius quā
de marmoribus dicamus hominū in iis p̄ferēda iudicamus pretia. Ante igiſ artifices cēsebimus.

Qui primum laudati in marmore scalpendo: & quibus tēporibus. Cap. iiii.

Marmore scalpendo primi oīum inclaruerunt Dipoenus & Scyllis geniti in creta isula etiā
num medis iperantibus: priusq; quā Cyrus in plis regnare inciperet: hoc est olympiade cir-
citer quinquagesima. In sicyonē se contulere: quæ diu fuit officinarū oīum metalloꝝ pria.
Deorū quorundā simulacra publice simul locauerāt sicyonii: quæ prius quā absoluerent: artifices iniu-
riam quæsti abierant in ætolos. Protinus sicyonios fames inuasit ac sterilitas: mox orq; dirus: Reme-
dium petentibus Apollo pythius affuturū respōdit: si Dipoenus & Scyllis deoru simulacra p̄fecisset.
Quod magnis mercedibus obsequiisque impetratū est. Fuere autem simulacra ea Apollinis: Dianæ:
Herculis: Mineræ: quod e cælo postea tactum est.

Nobilitates operum & artificum in marmore. cxxvi. de marmore pario & masoleo. Cap. v.

Quod in essentiam fuerant in chio insula Malas sculptor: dein filius eius Micciades: ac deind
nepos Anthermus chius: cui⁹ filii Bupalus & Anthermus clarissimi in ea sciētia fuere Hip-
ponactis poetæ ætate: quē certū est. Ix. olympiade fuisse. Quod si quis horū familiā ad proa-
uum usq; retro agat. inueniet artis eius originē cū olympiadū origine cœpisse. Hipponacti notabilis
scēditas uultu erat: quam obrē imaginē eius lasciuia iocorū ii p̄posuere ridentiū circulis. Quod hip-
ponax in dignatus: amaritudine carminū distinxit eos in tm̄: ut credat aliquos ex iis ad laqueū cō-
pulisse: quod falsū est. Cōplura. n. in finitimis insulis simulacra postea facere: sicut in delo: quibus suble-
cerūt carmen nō uitis tantū censerū chium: sed & opibus anthermi filiorū. Ostendūt & lasi Dianā
manibus eorū factā. Et in ipso chio narrata ē opis eorū Dianæ facies in sublimi posita: cuius uultū in-
trantes tristem: abeuntes exhyaratū putant Romæ signa eorū sūt in palatina æde Apollinis in fasti-
gio. Et oibus fere quæ Diuus Augustus fecit patris quoq; eorū & deli fuere opa: & in lebedo isula. Di-
poeni quē ambrati: argos: cleone: opibus refertæ fuere. Omnes aut tantū candido marmore nisi sūt
e paro insula: quē lapidē cœpere lychnitē appellare: quoniam ad lucernas in cuniculis cædere: ut au-
ctor est Varro: multis postea cādidoribus reptis. Nuper etiā in lunensiu lapidicinis. Sed in parioꝝ mi-
rabile p̄dibus: gleba lapidis unius cuneis diuidentiu soluta imaginē silenī intus extitisse. Nō omittē
dū hāc artē tāto uetustiorē fuisse quā picturā aut statuariā: quæ utraq; cū phidia cœpit octogesima
tertia olympiade: post annos circiter. cccxxxii. Et ipsū phidiā tradūt sculpisse marmora. Veneremq;
eius esse Romæ in octauia opibus eximia pulchritudinis. Alcamenē atheniensem (quod certū est)
docuit in primis nobile: cuius opa atheniēses cōplura in ædibus sacris posuere. præclarāq; Veneris
imāginem extra muros quæ appellat aphrodite exopolis. Huic summā manū ipse phidias iposuis-
se dicitur. Ipsius discipulus fuit Agoracritus parius ei ætate gratus. Itaq; e suis opibus pleraq; noi ei⁹
donasse fertur. Certauere autē inter se ambo discipuli in Venere faciēda. Vicitq; alchamenes nō ope-
re: sed ciuitatis suffragiis cōtra peregrinū suo fauentis. Quare agoracritus ea lege signū suū uēdidit:
se tradit: ne athenis esset: & appellasse nemsim. Id positū est in hanunte pago atticæ: quo. M. Varro om-
nibus signis prætulit. Est in matris magnæ delubro in eadē ciuitate Agoracriti potus. phidiā claris-
simam esse p̄ omnes gentēs quæ Iouis olympii famam intelligunt: nemo dubitat. Sed ut & merito
laudari sciant etiā qui opera eius nō uiderunt p̄feremus argumento paruo & ingenii tantū. Neque
ad hoc Iouis olympii pulchritudine utemur: nō. Mineræ athenis factæ amplitudine: cum sit ea cu-
bitorum. xxvi. E bore hæc & auro constat: sed in scuto eius in quo amazonū proelium cælauit intu-
mescente ambitu palmæ eiusdem cōcaua parte deorū & gignatū dimicationem: in soleis uero lapi-

En ce-
pis.
paus.
& ue-
lectio.